



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Moralitate, Natvra, Et Effectibvs Actvvm
Svpernatvralivm In Genere Et Fide, Spe, Ac Charitate,
Speciatim**

Coninck, Gilles de

Antverpiae, 1623

Dvb. X. Vtrùm in extrema aut graui necessitate liceat aliena surripere,
eáue consumere sine obligatione restituendi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79645)

D V B I V M X.

Virum in extrema aut graui necessitate liceat aliena surripere, eam consumere sine obligatione restituendi.

158 **H**Ac in re certum est Primò, egentem non posse aliena inuito domino surripere, quando eorogando aut simili ratione cū ipsius beneplacito habere potest. Quia talis eo casu non habet necessitatem aut iustam rationem aliena inuito domino surripiendi. Nec refert quòd ipsum valde pudeat mendicare eò quòd honeste sit familia; quia hic pudor in tanta necessitate vincendus est, nec tanti faciendus vt excuset necessitatem patientem quo minùs teneatur saltem aliquibus diuitibus suam necessitatem indicare priùs quàm eorū res surripiat. Quia cū eiusmodi necessitas possit sine vlla culpa euenire, nihil verè pudendum continet: vnde eiusmodi pudor ex vana apprehensione nascitur.

159 **S**ecundò, certum est existentem in extrema necessitate, cui ipse alia ratione nequit occurrere, posse aliena clam aut etiam palam si commodè potest surripere. Hoc enim communiter Doctores infra citandi docent. Ratio est, quia, vt dixi dub. 7. in extrema necessitate bona ad vitam sustentationem necessaria sunt communia, non quidem quasi eorum dominus amittat eorum dominium siue proprietatem; sed quatenus, vt ibidem dixi, tunc ex institutione auctoris naturæ cuique tribuitur ius ex ijs suam vitam sustentandi: in quem finem ea res à Deo primò & per se productæ sunt, & cum eiusmodi onere ad certorum dominium translata. Talis autem rem alienam ita surripienti propriè eam non furabitur, quia non accipiet eam domino rationabiliter inuito.

Accipiens in extrema necessitate alienum non furatur.

Tertiò, certum est non licere in communibus, siue non ita grauib. necessitatibus aliena surripere; quia cum plurimæ sint eiusmodi necessitates, talis licentia omnia furtis & rapinis replet.

160 **E**st igitur difficultas Primò, vtrum etiam in graui necessitate liceat aliena surripere, quando aliter ei succurri non potest? Sotus lib. 5. de Iustitia q. 3. a. 4. Caietan. 2. 2. q. 66. art. 7. Conarr. reg. Peccatum, puncto 2. §. 1. n. 3. & quidam alij id negant.

Sotus.
Caietan.
Conarr.

Primò, quia putant hanc esse sententiam D. Thomæ 2. 2. q. 66. art. 7. Secundò, quia extra extremam necessitatem proximi diues non tenetur dare eleemosynam alicui in particulari; sed potest ex varijs eligere, vt det cui velit. Tertiò, quia extra extremam necessitatem proximi nemo potest cogi vt det eleemosynam. Quartò, quia c. Si quis. 3. de furtis. dicitur: Si quis propter necessitatem famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem vel pecus, poeniteat hebdomadas tres, & si reddiderit non cogatur ieiunare: vbi supponitur, surripientem aliena in graui necessitate peccare, alias non imponeretur ei poenitentia.

Si quis.

161 **S**ecundò, est difficultas, vtrum qui rem alienam

Coninck de act. supernat.

nam in graui vel extrema necessitate surripuit aut consumpsit, teneatur eam postea restituere, si ad pinguiorem fortunam venerit.

Quidam id absolute affirmant, scilicet illi omnes qui dicunt diuites non teneri talibus gratis rem qua indigent donare, sed satisfacere dando ijs mutuum, aut cum obligatione conditionata restituendi; quos citauit. 149 & 151. & illud ex hoc necessario sequitur: nam pauper non potest rem alienam alia ratione accipere, quàm quatenus diues tenetur eam omnino gratis & sine onere restitutionis dare, nec pauper potest eam aliter accipere, nisi simul suscipiendo illud onus eam restituendi, idque quasi ex tacito quodam contractu.

Hinc etiam illi qui docent, diutem in graui necessitate non teneri dare eleemosynam absolute & sine vlla obligatione restituendi, consequenter debent docere, pauperem tunc eius rem non posse sine tali onere surripere.

162 **C**ONCLUSIO I. Non solum in extrema, sed etiam in valde graui necessitate constitutus potest rem alienam, qua dominus non multum indiget, surripere, si alia ratione eam obtinere, aut suæ necessitati satisfacere nequeat. Ita Nauarrus c. 17. n. 5. Angelus v. Furtum. n. 36. Siluester ibidem q. 5. §. Secundum. Petrus à Nauarra lib. 2. de Restitut. c. 1. n. 374. & seqq. Lessius de Iustitia cap. 12. dub. 12. Vasquez de Eleemosyna dub. 7. n. 60. & alij.

Nauarr.
Angelus.
Siluester.
Petr. Nau.
Lessius.
Vasquez.

Probatum Primò, quia Deus vtrauctor naturæ res ad vitam sustentandam necessarias primò & per se instituit non solum ad tollendam extremam necessitatem, sed etiam ad necessitates valde graues propellendas, quales sunt quando alias imminet periculum grauis morbi, aut æquiualentis miseriæ corporalis: ergo sicut voluit cuique in extrema necessitate esse ius etiam ex alienis sibi usurpandi necessaria ad vitam sustentandam, ita etiam idem ius voluit esse in valde grauib. Confirmatur, quia etiam in graui necessitate diues tenetur gratis dare eleemosynam in particulari eam patienti, vt ostendi dub. 7. concl. 1. vbi etiam n. 128. tam ex ratione quàm ex sententia Patrum ostendi, superflua diuitum etiam in graui necessitate aliquo modo dici bona pauperum, quatenus hi habent ius vt ex ijs eorum necessitati succurratur.

Ad primum argumentum positum n. 159. Respondet D. Thomam ibi potius nostram sententiam docere: nam expressè tam in corpore, quàm ad primum docet, in vrgenti necessitate licere aliena surripere; talis autem est necessitas valde grauis.

Ad secundum autem & tertium, nego assumptum; contrarium enim aperte probaui dub. 7. concl. 1.

Ad quartum, Respondet illud capitulum aut intelligendum esse de eo qui indebitè rem alienam usurpauit, cum eam alia ratione, scilicet rogando, potuisset obtinere, vt multi id explicat; vel potius de eo qui non erat verè in graui necessitate: nec enim omnis qui famet aut ex nuditate aliquod frigus patitur, est in graui necessitate, cum hoc communibus omnibus pauperibus

Aaa 3

peribus

peribus accidat, & sæpe illis, qui facile, si vel-
lent, possent laborando sibi necessaria compa-
rare. Quare nulla est necessitas ut intelligamus
illud capitulum loqui de existente in necessita-
te absolute graui. Adde, hoc non esse desum-
ptum ex vlla decretali Pontificum, aut ex vilo
Concilio, sed ex penitentiali Theodori.

164 CONCLUSIO II. Qui existens re & spe pau-
per in tali necessitate rem alienam ad vitam sus-
tentandam sibi necessariam consumpsit, factus
postea ditior non tenetur eam restituere. Ita
Auctores citati dub. 9. n. 153. & sequitur aperte
ex ibidem dictis. Nam, sicut tunc diues obliga-
tur eiusmodi rem necessitatem patienti abso-
lute gratis dare, ita si id ille nolit facere, hic po-
terit eam ea ratione accipere. Sicut enim hoc
ipso, quo diues habet obligationem dandi eam
rem pauperi, & non vult eam dare, hic acquirit
ius eam surripendi, ita etiam acquirit ius illam
sibi usurpandi ea ratione qua alter eam tenetur
dare. Cum igitur diues teneatur eam dare gratis
sive non obligando pauperem eam restituere, hic
poterit illam eadē ratione sibi usurpare. Ex qui-
bus patet responsio ad fundamentum contrarie
sententia.

165 Excipiunt hinc aliqui casum quo talis ante
eam necessitatem rem iniusto titulo, v.g. furto aut
simili ratione, acquisiuerat. Putat enim eū tunc
quidē licite in extrema aut graui necessitate eā
rem consumere, obligari tamen eam postea re-
stituere si ad lautiorē fortunā perueniat:
quia autē eam necessitatem habebat obligatio-
nem eam restituendi, non solum ratione rei ac-
ceptæ, sed etiā ratione iniustæ acceptionis, quæ
per illam necessitatem sopitur quidem, non ta-
men extinguitur. Ita Scotus in 4. dist. 15. qu. 2. §.
Ad argumenta circa medium. Siluest. verò v. Re-
stitutio. §. num. 2. dicit id esse tutius, unde videtur
contrarium iudicare probabile. Pro quo etiam
citatur Richardus & Paludanum. Idem, scilicet
talem non teneri restituere, docet Petrus à Na-
uarra de Restitut. l. 4. c. 4. n. 24. & 25. & quidam
alii.

Scotus.
Siluester.

Richardus.
Paludan.
Petr. Nau.

166 Et credo hoc esse probabilius; quia talis vi-
detur satisfacere obligationi restituendi quam
ante contraxerat ratione iniustæ acceptionis, in-
sumendo dictam rem in eos usus, in quos domi-
nus eam tenebatur infumere. Confirmatur, quia
si eam rem domino clam restituisset dum ea ex-
tremè indigebat, eamque statim iterum accepisset,
non fuisset postea vnquam obligatus eam resti-
tuere: ergo nec in priore casu ad hoc obligatur.
Probatur consequentia, quia si res furto ablata
apud furem sine eius culpa pereat eo tempore
quo restituta domino eodem modo ei perisset,
fur liberatur onere restitutionis, ut docet Les-
sius de Iustitia c. 12. dub. 15. atqui in dicto casu
apud furē ita perijt, quia, etsi eam tunc domi-
no restituisset, & statim sicut poterat recepisset,
eodem modo domino sine furis culpa perisset.

Lessius.

167 Dices Primò, Si talis ante eam necessitatem
illam rem accepisset mutuo, aut dilata solutio-
ne emisisset, & demum in extrema necessitate eā
consumpsisset, post hanc transactam factus di-
tior fuisset obligatus reddere alteri ipsius pretiū:
ergo similiter quando eam furto sustulerat,

Respondeo, nego consequentiam: quia in
priore casu consumpsisset rem suam, atque ita
hæc ipsi perisset, sicut etiā ei perisset, si perij-
set casu fortuito sine vllius culpā: in secundo ca-
su is cui res ablata est, manet eius dominus
ideoque ipsi perit, dum dicta ratione sine eius
iniuria consumitur, secluso omni expresso aut
implicito contractu, qualis hic nullus inter-
cedit.

Hæc autem intelligenda sunt, quando fur
eam rem in extrema aut valde graui necessitate
consumens est re & spe omnino pauper: nam si
alibi haberet diuitias, aut posset facile habere,
tunc non posset eam consumere nisi volendo se
obligare ad pretij restitutionem, pro eo tempore
quo hanc facere posset. Absurdissimum enim
esset hominem diuitem, carere in aliquo loco
pecunijs alijsque rebus sibi ad victum absolute
necessarijs, posse illas sine obligatione carū pre-
tium soluendi ab alijs accipere: quare omnes
consentiant talem teneri postea rerum ita con-
sumptarum pretium soluere.

Dices Secundò, Si talis habet ius accipien-
di rem alienam: ergo dominus peccabit contra
iustitiam, si eum impedit ne rem suam acci-
piat; quia qui impedit ius alterius, peccat con-
tra iustitiam.

Respondeo dominum posse dupliciter im-
pedire ne extremè indigens rem suam accipiat.
Primò, eam prius occultando, eò quod ti-
meat ne alter eam accipiat: & tunc solum pec-
cat contra caritatem, quia pauper non habet
strictum ius ne dominus illud faciat; atque ita
hic hoc faciendo verè non impedit ius alterius,
nec vllam ei infert iniuriam.

Secundò, inferendo vim ipsi pauperi volenti
eam rem sibi usurpare, & tunc peccat contra
iustitiam, ei que iniuriam facit: unde alter potest
eam vim repellere, ut cum alijs docet Lessius de
Iustitia c. 12. dub. 12. n. 69. Simile esset si vnus
impediret pauperem ne peteret eleemosynam,
scilicet abducendo diuites ad ea loca, vbi pau-
per ab eo non posset petere eleemosynam: & al-
ter vi pauperem impediret ne eleemosynam pe-
teret. Prior peccaret solum contra caritatem, al-
ter contra iustitiam.

Ex dictis sequitur, pauperem existentem in
gravi aut extrema necessitate non posse à do-
mino inuito accipere rem, qua ipse ferè aqua-
liter indiget, aut quæ ei ad suum statum iusti-
nèdum omnino est necessaria. Item eum etiam
ab homine valde opulento illicite clam accipere
rem valde pretiosam aut magnam summam pec-
cuniarum: nisi fortè haberet probabilem spem & no necessi-
tatem, aut valde magnam
sinceram voluntatē ea post aliquod tempus re-
stituendi. Ratio eorum est, quia pauper non ali-
ter habet ius rem alterius surripiedi, quam qua-
tenus hic tenetur eam ipsi cognita eius necessi-
tate dare: atqui, ut ostendi dub. 7. conclus. 4. &
6. nemo tenetur pauperi priuato, quantumuis
indigenti, rem qua æquè grauius indiget, aut
ita pretiosam, dare omnino gratis, etsi ea non
ita indigeat: sed summum tenetur hanc dare
mutuo, quādo est probabilis spes eam aliquan-
do recipiendi: ergo ea indigens non potest eam
alia ratione surripere.

Dices

D V B I V M XI.

Vitam Ecclesiastici specialiter, aut etiam ex iustitia obligentur superflua pauperibus erogare?

171 Dices Primò, Si deberem Petro decem millia aureorum, & caprus à latronibus deberem his tantum dare, vel occidi, possem illa dare, etsi per hoc fierem omnino in perpetuum impotens soluere Petro: ergo similiter poterò ei tantum surripere, si hoc similiter sit necessarium ad salvandam meam vitam.

Minor requiritur causa vt debita non solvam, quam vt aliena surripiam.

Lessius.
Sotus.
Caietan.
Lorca.

Respondeo negando consequentiam: quia longè facilius occurrit iusta causa non soluendi debita, quam surripiendi rem alienam; nam qui non potest soluere debita, nisi priuando se re quia extremè indiget, ad hoc non tenetur, etsi creditore ea etiam extremè indigeat: quod verum, etsi res esset in specie debita siue aliena, v.g. commodato accepta aut furto ablata; nullo tamen modo potest quis eiusmodi rem accipere ab eo qui ea extremè indiget, vt cum alijs docet Lessius de Iustitia cap. 16. dub. 1. nu. 13. & Sotus lib. 4. de Iustitia q. 7. a. 1. & Caietan. 2. 2. q. 62. art. 5. §. In responsione ad 4. Lorca tamen hic disp. 38. n. 11. putat eum, qui rem in specie alienam possidet, siue iuste, siue iniuste eam acceperit, teneri eam restituere domino extremè ea indigenti, quantumuis ipse eadem extremè indigeat; quia cum alter semper maneat illius rei dominus, ipse semper retinet ius eam sibi vendicandi, & illa quodammodo violenter manet apud possessorem. Sed probabilius est talem possessorem eo casu non teneri rem illam restituere; vt cum alijs docet Lessius supra: quia in extrema necessitate cessant hac ex parte rerum dominia, & omnia sunt communia: quare melior est conditio possidentis, atque ita tunc illa res desinit apud hunc violenter esse, & dominus perdit ius eam sibi vendicandi. meritò tamen omnes excipiunt eam, quo possessor rem illam à domino iniuste accipiendo hunc in extremam necessitatem coniecisset: tunc enim etiam cum certo vitæ periculo tenetur eam redde-
dere. vide Lessium supra.

172 Dices Secundò, Adultera potest permittere vt filius spurcius educetur ab infcio marito magnis sumptibus, & maximam hereditatē tamquam legitimus adeat, quando hoc est necessarium vt vitam aut famam tueatur: ergo ob similem necessitatem poterit tantumdem alteri surripere. Respondeo, negando consequentiam; quia longè facilius habes iustam causam permittendi aliquod damnum, etiam si tua culpa ei dedisti causam, quam id inferendi; quia iudicet quories est necessarium ad conseruandum bonum superioris ordinis: non tamen hoc hinc si tua culpa ortum sit incendium, non teneris id extinguere cum certo vitæ periculo; non potes tamen alienam domum incendere, quantumuis hoc sit necessarium vt certam mortem euadas, vt si latrones omnino vellent te occidere, nisi illud faceres.

Vt euadas mortem licet non extinguas incendium tua culpa ortū, illicite tamen id excitas.

173 Vt hæc clariùs tractentur, Notandum cum Nauarro q. 1. de Reditibus Ecclesiast. mo-
nito 19. Ecclesiasticos beneficiatos posse habere triplicia bona. Primò, patrimonialia, inter quæ computantur etiam ea quæ donatione aut sua industria eadem ratione ac si essent laici acquisierunt. Secundò, quasi patrimonialia, quæ ipsi quidem acquirunt vt clerici, v.g. celebrando, confessiones audiendo, &c. nō tamen ex vilo beneficio; inter quæ etiam computantur ea, quæ quandoque quibudam personis Ecclesiasticis assignantur, præcisè ad eorum sustentationem. Tertiò, sunt ea, quæ ipsi percipiunt ex redditibus sui beneficij. His Caietan. 2. 2. q. 185. art. 7. §. Ad secundam. in fine, addit Quartum genus, scilicet dominium aliquarum ciuitatum, quarum Episcopus qua talis est princeps. vt contingit in multis Episcopis Germaniæ, qui sunt absoluti principes in sua diocesi, ita vt eis incumbat curare ea quæ pacis & belli sunt, non minus quam alijs Imperij principibus.

Nota Secundò, ex duplici capite posse videri nasci maiorem obligationem dandi eleemosynam in Ecclesiastico quam in seculari. Primò, ratione status ipsius. Sicut enim hic requirit in eo maiorem perfectionem, quam requiratur in laico; ita videtur requirere in eo maiorem caritatem erga pauperes. Secundò, ratione ipsorum bonorum, quæ ipse possidet: & ex hac parte constat inter Doctores, Ecclesiasticos ratione bonorum primi & secundi generis, non aliter teneri dare eleemosynas, quam teneantur alij merè seculares: quia illi dicta bona eodem modo possident, atque hi sua.

Lorca verò 2. 2. se. 3. disp. 40. n. 3. cui etiam fauet Caietan. supra, putat eandem omnino cum his esse rationem bonorum quarti generis; atque ita Episcopum ex ijs non aliter obligari ad eleemosynam, quam obligetur princeps secularis. Quia ea bona sunt eis data, tum ad ampliandam Ecclesiæ maiestatem, quæ multum apud seculares per huiusmodi dignitates auge-
tur: tum etiam vt bonum publicum suæ provincie curent, ac etiam armis quando opus est defendant, non minus quam seculares principes. Ideoque possunt etiam in hunc finem congregare thesaurum quantum necessarium iudicant, & statum suæ dignitati conuenientem habere; quia hoc requirit bonum ipsius reipublicæ, cui præfunt. Quare his rebus primò debent prouidere, & solum ex superfluo succurrere pauperibus.

Quæ posteriora vera quidem sunt, & ea sola videtur intendere Caietan. supra; tamen inde non sequitur, eorum bonorum esse absolutè eandem rationem, ac bonorum primi & secundi generis, aut Episcopum posse ijs vt eodem modo ac princeps omnino secularis potest vti suis. Sed solum sequitur, tam Episcopum quam
Aaa 4 alium

173
Nauarro.
Triplicia
bona Eccle-
siasticorum.

174
Ex duplici
capite Ec-
clesiasticus
præ laico
obligatur ad
eleemosynā.

175
Lorca.
Caietan.

176